

The Electronic Manipulus florum
www.manipulusflorum.com

Vicium e
cum fonte primo

Quam superbiam libertatis
loco ducunt, adulationem pro humilitate
suscipiunt, maliciam prudentie
amplectuntur uice, et stulticie
simplicitatis nomen imponunt, ac
fallaci ac pessima similitudine decepti
uiciis pro uirtutibus gloriantur.

Ieronymus ibidem (ad Demetriadem
uirginem).

Quam multi enim superbiam libertatis
loco ducunt, adulationem pro humilitate
suscipiunt, malitiam prudentiae
amplectuntur uice, et stultitiae
simplicitatis nomen imponunt, atque
fallaci ac pessima decepti similitudine,
vitiis pro uirtutibus gloriantur?

Pelagius, *Epistola ad Demetriadem*, 20
(PL 33, col.1113).